

Letter 202: 4 June 1524, [Strasbourg] Capito to Paulus Phrygio

The manuscript of this letter is in the Bibliothèque humaniste, Sélestat, Corr. B.Rh. 263e.

Salutem. Sperabam seorsum [?] ituram causam. Verum in lucem prodiit consilium sacerdotum et senioris. Hi enim rem inchoarunt, quosdam reduxerunt, manifestatum est. Divina providentia duras et infringeret cervices. Deum meum oro et ad pedes illius me prosterno, tu me precibus iuva pacem ut det nobis. Quod timui evenit. Verum flebile hoc principium finem prosperum consequetur. Jo[hannes] Ja[cobus] sit hilaris et constans. Omnem meam operam illo [sic] promitto. Deus non relinquet nos. Vale, iiii Junii, anno dxxiv.